28 A no1

1.

Clariss.e Barlaee;

Gratias tibi pro munere summas ago; nec pro munusculo minores:
quando semel ita statui, nihil nisi magnum a te proficisci: etiam
cum te Laconismo includis, et amplissimum ingenium tuum paucis
versibus. Itaque et Italicum tuum, cuius lustrandi per bibliothecam copia
nondum facta est, iam nunc sic subscribo, ac si Dea sit: quo solo
encomio modestiae illi tuae gravis esse in doctorum decenni; postque
stupore quotidie novo obruere nos non desinis, ac te Herculeis mutus
aliquando is redditum. Saeclari multo stupuit
facundia luctu, si quid benignius pronunciandum est. Professoriam
linguam Tacitus arguisset; mihi Dialecticum idioma sapere
videtur arida oratio, brevis illa certe sed parum succincta,
succulenta vero quam minime. Culpabis ἀπαιδευσίαν hominis
illiterati: At ego ne in hac splendida quidem servitute quam
servio raram felicitatem puto sentire quae velis, quae
sentias dicere, apud amicum nullo non seculo licuit.

Vale Vir doctissime et me ama. Hagae Com. XV° Cal.
~~Decem~~ Januar. CIƆIƆCXXVI.

Valde tuus

CHuygens.

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28A01
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/333

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28A01
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/333

Eerentfesten de Hooghgeleerde
Voorsichtigen seer discreten
Caspar Barlaeus, op
de Breestraet
Tot
Leiden.

P.

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28A01
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/333